



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XII. De Chorepiscoporum usu sublato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

scopus eum qui perpetuam Vicariam obtinet, per subtractionem proveniunt, vel ipsius Vicariæ ablationem compellat, ut se in presbyterum promoveri faciat.

*A Vicario appellatur ad Archiepiscopum: ab Archiepiscopo ad Episcopum. h. d.*

Inter Vicarium autem & Archidiaconum illud inter est, quod à Vicario, non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum: ab Archidiacono vero, nisi aliud Ecclesiarum inducat consuetudo, ad ipsum, cui immediatè subjacet, Episcopum erit appellandum.

#### DE COADIVTORE.

##### TITVLVS XVI.

*Ex causa datur Episcopo coadjutor, cuius datus ad sedem Apostolicam spectat. h. d.*

**A**ccidit etiam interdum, ut pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sanæ mentis consilio destitutus, super suum gregem excubias ducere non possit: ea propter vir providus & honestus, illi in coadjutorem adiungendus est: per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur. Cujus datio, cum de causis majoribus esse confet, ad sedem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: ceterum, si procul ab Apostolica sede Episcopos impeditus deget, tunc secundum Bonifacianam constitutionis tenorem providendum erit.

*Etiā inferioribus ab Episcopo dandus est coadjutor: & utriusque facultatibus Ecclesia erit subvenendum. h. d.*

**N**ec solum Episcopis dandus erit coadjutor, sed etiam, si res exigat, inferioribus: unde, si vel Ecclesiæ Rectorem, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediri, ut Ecclesiasticis ministeriis, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoque coadjutor adhibendus erit: & ita res temperanda est, ut utriusque juxta facultates, eccles. vitæ necessaria ministrantur.

#### DE COREPISCOPORVM VSV

##### SUBLATO.

##### TITVLVS XVII.

*Corepiscoporum usus sublatus est. h. d.*

**E**rant olim & Corepiscopi, quibus circa plurimum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamen institutio tam in Romana sede, quam in aliis totius orbis Ecclesiis, tanquam improba & supervacanea, est penitus interdicta.

*Matrimonium spirituale dissolvitur translatione, renuntiatione, & depositione. h. d.*

**V**idimus hucusque de spiritualis fœdere conjugii, quod inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari: item de moribus, & Vicariis, & adiutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia remouetur: & sic quomodo tale conjugium præter mortem dissolvitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renuntiatione, & depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de translatione.

#### DE TRANSLATIONE.

##### TITVLVS XVIII.

*Translatio indubia est ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate cessante, translatio irritatur. h. d.*

*a C. Romana, de app. in 6. b C. i. de cl. agro, vel debil. in 6. c Per totum tit. extr. de elo. agro. d Cap. i. s. presentis quoque, de cler. agro, in 6. e Can. Corepiscopo, & seq. di. 66.*

**T**ranslationes, quæ & mutationes a mancipari possunt, instituta sunt utilitatis & necessitatis gratia. Utilitatis, cum Episcopus ab ea civitate, in præpositus est, in aliam transfertur, in qua magis proficere posse verifimiliter existimatur. Sic olim princeps Apostolorum de Antiochena civitate se Romanam transfudit, ut scilicet ibidem copiosius proficere posset. Necessitate vero nonnunquam episcopaliū sedium mutationes fieri solent, hostium urgente metu. Sed hoc casu si civitatem, de qua efferit Episcopus, ab hostibus liberari, & ad priorem statum congerit revocari, id eam expulsus revertetur.

*Episcopos transferre, ad solum Romanum Pontificem potest hoc dicit.*

**S**cendum est autem Episcoporum translationes, aut etiam inferiorum, ad solum Apostolicæ sedis Antistitem certissima ratione pertinere: neque super his matrimoniis quicquam præter ejus assensum immutari debere, aut posse. Quod obtinet non solum si Episcopus est consecratus, verum etiam si tantum canonice fuit electus, & confirmatus: cum (ut supra diximus) post electionem & confirmationem, inter personas dignitatum & electi, conjugium sit spirituale contractum.

*Qui propria auctoritate se ad aliam Ecclesiam transferre, & habita carebit, & amota. h. d.*

**E**apropter e quicumque avaritia ducti, aut ambicione impulsii, Ecclesiæ suæ mediocritate despecti, ad majorem sese plebem propria auctoritate transferant, à cathedra repellere debent aliena, & carere propriæ: nec illis, quos ob avaritiam vel ambitum conceperant. Sicut enim vir *f* non debet adulterare uxorem suam: ita nec Episcopus temere Ecclesiam, ad quam electus fuit, relinquere, ut alteri sese conjungat, etiam si populo fuerit attractus.

*Quod constitutum est in Ecclesiis Episcopatibus, tunc etiam ad Ecclesias inferiores. h. d.*

**N**on ab similibus Juris ratio obtinet in presbiteris, & ceteris infra Episcopalem dignitatem constitutis. Nam si vel qualibet causa, propria quis auctoritate, cum altero suum beneficium permutare voluerit, utroque proprii beneficii jacturam faciet. Beneficiorum enim & præbendarum permutationes generaliter sunt prohibentur: præsertim pactione præsentis, quæ circa spiritualia, vel spiritualibus annexa, semper licet. Et monia continet: licet possit Episcopus de uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui uno loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilis exercere.

*Si permutatio beneficiorum completa sit ex una parte, & per alteram fiat quò minus impleatur, restat pars ad suum beneficium. hoc dicit.*

**S**alio habito tractatu, præbendam suam cum resignasset, ab alio qui eum permutationis tractatum habuit, & qui postea suam resignare recusat, deceptus est: cum enim deceptus, & non decipientibus jura subveniant, licet is qui renuncia verit, à se beneficium abdicare videatur, tributa tamen est simplicitati venia, constitutumque ut ad resignatum beneficium reverti possit.

*Collatio de beneficiis causa permutationis vacantis, facta ante quam permutantibus, non tenet. h. d.*

**E**t generaliter, ne concessione Juris utentibus, præsertim circa spiritualia, illudatur, si qua beneficia ex

*a Can. mutatione. 7. q. 1. b Can. si quis frater, & seq. di. 7. q. 1. c Ca. pastoralis officii. dist. 7. q. 1. d Ca. 2. & f. extr. cod. de de transla. Epis. e Ca. quando, extr. co. tit. f Can. si quis vult. q. 1. g Can. si quis alterius in fi. di. 7. q. 1. h Cap. cum alium magister. extr. de rerum permutat. i Cap. quæ situm. extr. de rerum permutat. k Cap. cum unum versum. extr. de rerum permutat. causa.*